

III. (**Quaeritur an sacerdos**), qui per decem annos studio theologiae moralis serio deditus rationibus internis certissime probari posse sibi persuasum est, sententias quasdam moralistarum de gravitate peccatorum esse omnino falsas, vitaeque christianae perniciosissimas utpote spiritum timoris indebitum, pusillanimitatem auxietatemque animarum fovescentes, quique auctoritatem mere externam moralistarum repertis tot erroribus, falsis argumentationibus imo variis contradictionibus pro nihilo aestimandam esse sentit, quique omnibus perpensis graviter certo se peccare censet, docendo sententias istas, faciendo asperiores salutis viam, periclitando demum salutem animarum a Domino sibi creditarum, sequi possit sententiam suam tum in audiendis confessionibus tum in erudiendis liberis, vel quid faciendum sit tali sacerdoti, ut consulat cum ordini bono, tum conscientiae suae salutique animarum?

Vigilius Metallicus.

Non ita facile possum respondere clarissimo Vigilio Metallico, quoniam nescio quasnam sententias Moralistarum falsitatis, nimiae severitatis etc., accuset aut tamquam perniciosissimas et contradictionibus implicatas condemnet. Quare ille velit accuratius indicare materiam disputationis et tunc habebit responsum clarum. Interim propono has regulas generales:

1. Si agitur de sententiis, in quibus ad unum omnes Moralistae catholici conveniunt, nefas est contradicere aut — quod pejus est — contrarium publice docere. Nam Vigilius, etiamsi serio deditus erat per decem annos studio Theologiae moralis, non est doctior omnibus aliis Moralistis catholicis. Numquid se forte doctiorem aestimat S. Thoma Aquinate, S. Antonino, S. Alphonso aliisque coryphaeis theologicis? Nonne existunt Moralistae etiam nostrates, haud carentes ingenio, qui non solum per decem annos, sed per totam fere vitam se totos dederunt studio Theologiae moralis? Eequid omnes isti Moralistae semper caeci fuerunt et adhuc sunt inter unum videntem, eumque Vigilium Metallicum? Equidem scio etiam omnium Moralistarum consensum non prorsus infallibilem reddere aliquam doctrinam, antequam Summus Pontifex eam ex cathedra definiverit; sed gaudetne privilegio infallibilitatis Vigilius Metallicus doctrina? Quid plura! Fieri non potest quin is qui unanimi Moralistarum catholicorum consensui contradicit, funeste non erret. Tristissima exempla hujusmodi erroris sunt Dominus Schell, qui videtur docuisse sola peccata malitiae (*Sünden mit erböbener Hand*) esse peccata mortalia; item Synodus Pistoriensis, item Modernismus condemnatus a Pio X.

2. Si agitur de sententiis, in quibus Moralistae catholici non sunt concordēs, Vigilius Metallicus libere potest amplecti eam partem quam mavult. In dubiis enim libertas. Sed nihilominus etiam in hoc casu oportet cum sobrietate et sapere et disserere. Hinc non est licitum arroganter condemnare aliter sentientes. Vigilius hac in re imitetur

venerabundus Angelicum Doctorem, qui aliorum errores impugnando semper arguebat maxime mitis atque humilis.

3. Si agitur de actu jam commisso tunc profecto saepe difficillimum, ne dicam impossibile est judicare num peccatum revera mortale commissum sit. Sufficit referre, quae scripsi in Manuali Theologiae moralis I, n. 372 (ed. nov.) „De difficultate discernendi gravitatem peccati. Omnes Theologi concordant, toties adesse peccatum mortale, quoties tres condiciones sc. materia gravis, plena advertentia, perfectus consensus adsunt, sed in praxi est valde difficile, immo haud semel prorsus impossibile judicare, utrum actus commissus, attentis omnibus circumstantiis et poenitentis dispositionibus, sit peccatum mortale neene. Quis e. g. potest semper cum certitudine determinare, quando accurate in furto adsit materia gravis et sufficiens pro peccato mortali; quando adfuerit sufficiens consensus in pravis cogitationibus; quando interfuerit sufficiens advertentia in blasphemiiis prolatis ab hominibus rudibus? S. Augustinus, quasi aquila inter Doctores, fateatur se non obstante suo studio ad id non potuisse pervenire et monet id pensandum esse potius iudicio divino quam humano. (De civit. Dei l. 22, c. ult.) Quae cum ita sint, confessarius ne sit pronus ad iudicandum talem vel talem actum fuisse peccatum mortale. Saepe debet iudicium relinquere sapientiae divinae; sollicitus sit de contritione in poenitentis corde excitanda eumque enixe hortetur, ut ab omni delibato peccato absteineat.“

Friburgi (Helvetiorum).

Dr Prümmer O. P.,
Professor in Universitate.

IV. (Zur Erklärung des Kanons 1075.) Anna conjugata cum Roberto adulterium commisit. Ambo mutuo fidem sibi dederunt, vivente legitimo marito, matrimonium civile ineundi. Interim maritus obstans mortuus est. Nunc Anna cum Roberto in facie ecclesiae matrimonium intendit. Ist das Ehehindernis des can. 1075, 1 (adulterium cum promissione matrimonii) vorhanden? Dem Wortlaute nach ja. Ein Zweifel wäre nur insofern möglich, als das Versprechen auf eine Zivilehe und zwar vor dem Tod des rechtmäßigen Gatten geht. Tatsächlich nahm nach früherem Rechte Wernz, Jus decret., IV², 2, 405, das Hindernis nicht an. Da aber can. 1075, 1, lediglich vom Versprechen einer Ehe (nicht kirchliche Ehe, nicht Ehe nach dem Tod des rechtmäßigen Gatten) spricht, so muß das Hindernis wohl angenommen werden. — Ein anderer Zweifel taucht bei Auslegung dieses Kanons auf. Punkt 3 sagt nämlich: Qui mutua opera . . . mortem conjugii intulerunt (valide contrahere nequeunt matrimonium). Nach dem bisherigen Recht nahm man das Hindernis nur an, wenn wenigstens ein Teil beim Gattenmord die Ermöglichung der Ehe anstrebte. Das geltende Recht bringt im Wortlaut diese Absicht nicht zum Ausdruck. Derselbe Zweifel kehrt in Punkt 2 (adulterium cum conjugicidio uno patrans) wieder. Sich an den Wortlaut haltend, erklärt daher Leitner, Eherecht³, 179, daß diese Eheabsicht nunmehr nicht zum Begriff des Hindernisses gehört. Dem wider-